

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

VII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

## VII.

Aeneas Caieta relicta Circeios praetervectus Tiberim intrat.	— 36	
Musa invocata exponitur regis Latini origo domus, sors spes.	106	Fax aridae,
Troiani portentis laeti novam patriam fato promissam agnoscunt.	147	
Postridie Latinus legatis in regia Laurenti comiter acceptis	211	
Aeneae et domicilium concedit et filiae matrimonium offert.	285	
Hanc pacem ut perturbet, lunonis dolis evocata Allecto furia		
Amatam reginam iniecto furore deducit de sententia mariti,	405	impendet bellum
Turnum Laviniae antea sponsum ad studium bellandi excitat,	474	
Iulo venanti cervum Silviae obicit, ut res ad manus veniat.	539	
Iuno ipsa iustum bellum conflare constituit dimissa Allectone	571	
efficitque, ut refragante Latino arma parentur studiosissime.	640	
Et suscipiunt bellum permulti cum regibus potentissimis populi:		
ut a septentrione Agyllini Sabelli Tiburtini Praenestini Etrusci Sabini	722	undique motum.
ita a meridie adversus Troianos profecti Aurunci et Campani	743	
itemque ab oriente sole et procul exorti Aequi atque Marsi	760	
et ex ipsis Rutulorum finibus Virbius Turnus Camilla.		

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,  
aeternam moriens famam, Caieta, dedisti  
et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen  
Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signant.  
at pius exsequiis Aeneas rite solutis,  
aggere composito tumuli, postquam alta quierunt  
aëquora, tendit iter velis portumque relinquit. 5  
adspirant aurae in noctem nec candida cursus *h. p.*  
luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.  
proxima Circaeae raduntur litora terrae, 10  
dives inaccessos ubi Solis filia lucos  
adsiduo resonat cantu tectisque superbis

*Stylos!*

3 *signat* et 4 *servant* pro *servat* et *signant* coni. Schap.<sup>6</sup> Anhang; cf. VI 234 s. 4 *signant* ΜΡγ<sup>1</sup>π, def. Schröt. 1885, 10. *signat* cet. libri. 7 *portusque* Py

urit odo  
 arguto t  
 hinc ex  
 vincla  
 saetigeru  
 saevire a  
 quos hon  
 induerat  
 quae ne  
 delati in  
 Neptunus  
 atque fug  
 lamq  
 Aurora in  
 cum vent  
 flatus et  
 atque hic  
 prospicit.  
 verticibus  
 in mare  
 adsuetae  
 aethera n  
 flectere i  
 imperat  
 Nun  
 quis Lati  
 cum prim  
 expediam  
 tu vatem,  
 dicam aci  
 Tyrrhenan  
 Hesperiam  
 maus op  
 iam senior  
 hunc Fau  
 accipimus  
 te, Saturn  
 26 ro  
 125 et Schr  
 Wakef. Luc

urit odoratam nocturna in lumina cedrum / Od.  
 arguto tenuis percurrens pectine telas.  
 hinc exaudiri gemitus iraeque leonum Mar. III, 297. 15 v. Himer  
 vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,

saetigerique sues atque in praesepibus ursi  
 saevire ac formae magnorum ululare luporum,  
 quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis  
 induerat Circe in voltus ac terga ferarum. 20

quae ne monstra pii paterentur talia Troes  
 delati in portus neu litora dira subirent,  
 Neptunus ventis implevit vela secundis  
 atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit. 25

Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto 25

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,  
 cum venti posuere omnisque repente resedit

flatus et in lento luctantur marmore tonsae.  
 atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum

prospicit. hunc inter fluvio Tiberinus amoeno 30

verticibus rapidis et multa flavus harena  
 in mare prorumpit. variae circumque supraque

aduetae ripis volucres et fluminis alveo  
 aethera mulcebant cantu lucoque volabant. 35

flectere iter sociis terraeque advertere proras  
 imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,  
 quis Latio antiquo fuerit status, advena classem

cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,  
 expediam et primae revocabo exordia pugnae; 40

tu vatem, tu, diva, mone. dicam horrida bella,  
 dicam acies actosque animis in funera reges

Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam  
 Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,  
 maius opus moveo.

Rex arva Latinus et urbes 45

iam senior longa placidas in pace regebat.  
 hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica

accipimus; Fauno Picus pater, isque parentem  
 te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

26 roseis] vaseis c<sup>1</sup>, inde variis Ribb. croceis Benth. Lucan. IV  
 125 et Schrad. Mus. 289. 34 aequora Servii cod. Lips. IV 524. aëra  
 Wakef. Lucr. II 146; cf. Petron. 127.

filius huic fato divom prolesque virilis  
 nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est. *Wagner Quaed. XII* 50  
 sola domum et tantas servabat filia sedes,  
 iam matura viro, iam plenis nubilis annis.  
 multi illam magno e Latio totaque petebant  
 Ausonia, petit ante alios pulcherrimus omnis 55  
 Turnus, avis atavisque potens; quem regia coniunx  
 adiungi generum miro properabat amore.  
 sed variis portenta deum terroribus obstant.  
 laurus erat tecti medio in penetralibus altis  
 sacra comam multosque metu servata per annos, 60  
 quam pater inventam, primas cum conderet arces,  
 ipse ferebatur Phoebos sacrasse Latinus  
 Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis;  
 huius apes summum densae (mirabile dictu)  
 stridore ingenti liquidum trans aethera vectae 65  
 obsedere apicem et pedibus per mutua nexis  
 examen subitum ramo frondente pependit.  
 continuo vates 'externum cernimus' inquit  
 'adventare virum et partis petere agmen eandem  
 partibus ex isdem et summa dominarier arce.' 70  
 praeterea, castis adolet dum altaria taedis  
 et iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,  
 visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem  
 atque omnem ornatum flamma crepitante cremari  
 regalisque accensa comas, accensa coronam 75  
 insignem gemmis, tum fumida lumine fulvo  
 involvi ac totis Vulcanum spargere tectis.  
 id vero horrendum ac visu mirabile ferri.  
 namque fore inlustrem fama fatisque canebant  
 ipsam, sed populo magnum portendere bellum. 80  
 At rex sollicitus monstris oracula Fauni,  
 fatidici genitoris, adit lucosque sub alta  
 consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro  
 fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.  
 hinc Italiae gentes omnisque Oenotria tellus 85  
 in dubiis responsa petunt, huc dona sacerdos  
 cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti  
 pellibus incubuit stratis somnosque petivit,  
 multa modis simulacra videt volitantia miris

72 *el* ut *c'x*

74 ut dittogr. secl. Rbb.

et varias audi  
 colloquii atq  
 hic et tum pa  
 centum lan  
 atque harum  
 velleribus; sub  
 ne pete conu  
 o mea progna  
 externi venient  
 nomen in astr  
 omnia sub ped  
 aspici Oceanu  
 haec responsa  
 nocte datos no  
 sed circum lat  
 Ausoniae tuler  
 gramineo ripa  
 Aeneas p  
 corpora sub r  
 instituantque  
 subiciunt epul  
 et Cereale so  
 consumptis h  
 exiguum in  
 et violare m  
 fatalis crusti  
 heus, etiam  
 nec plura ad  
 prima tulit fir  
 eripuit pater  
 continuo 'salv  
 osque ait,  
 hic domus,  
 (nunc repeto)  
 cum te, nate  
 accisis coges  
 tum sperare  
 prima locare  
 haec erat illa  
 92 hinc  
 85 rubro M  
 104 sed] et Pe

et varias audit voces fruiturque deorum 90  
conloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.  
 hic et tum pater ipse petens responsa Latinus  
 centum lanigeras mactabat rite bidentis  
 atque harum effulus tergo stratisque iacebat  
velleribus; subita ex alto vox reddita luco est: 95  
 ne pete conubis natam sociare Latinis,  
 o mea progenies, thalamis neu crede paratis:  
 externi venient generi, qui sanguine nostrum  
nomen in astra ferant quorumque ab stirpe nepotes  
 omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens 100  
 aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.  
 haec responsa patris Fauni monitusque silenti  
nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,  
 sed circum late volitans iam Fama per urbes  
 Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes 105  
 gramineo ripae religavit ab aggere classem.  
 Aeneas primique duces et pulcher Iulus  
 corpora sub ramis deponunt arboris altae  
 instituuntque dapes et adorea liba per herbam  
 subiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat) 110  
 et Cereale solum pomis agrestibus augent.  
 consumptis hic forte aliis, ut vertere morsus  
 exigum in Cererem penuria adegit edendi  
 et violare manu malisque audacibus orbem  
 fatalis crusti patulis nec parcere quadris: 115  
 'heus, etiam mensas consumimus!' inquit Iulus,  
 nec plura adludens. ea vox audita laborum  
 prima tulit finem, primamque loquentis ab ore  
 eripuit pater ac stupefactus numine pressit.  
 continuo 'salve, fatis mihi debita tellus, 120  
 vosque' ait, 'o fidi Troiae salvete penates:  
 hic domus, haec patria est. genitor mihi talia namque  
 (nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:  
 "cum te, nate, fames ignota ad litora vectum  
 accisis coget dapibus consumere mensas, 125  
 tum sperare domos defessus ibique memento  
 prima locare manu molirique aggere tecta."  
 haec erat illa fames, haec nos suprema manebat

92 hinc Bentl. 93 mactarat b Goth. II. mactavit γ<sup>2</sup> Rottend.  
 95 subito M 97 cede Kl. 1879, 19. 98 veniunt a<sup>2</sup>c<sup>2</sup>χ 'melius' Serv.  
 104 sed] et Peerlk. 110 ille M<sup>2</sup>πχ Serv. 125 ambesis Ra<sup>1</sup>

exitiis positura modum.  
 quare agite et primo laeti cum lumine solis, 130  
 quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,  
 vestigemus et a portu diversa petamus.  
 h. p.  
 nunc pateras libate Iovi precibusque vocate  
 Anchisen genitorem et vina reponite mensis.  
 sic deinde effatus frondenti tempora ramo 135  
 implicat et geniumque loci primamque deorum  
 Tellurem nymphasque et adhuc ignota precatur  
 flumina, tum ctoctem Noctisque orientia signa  
 Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine matrem  
 invocat et duplicis caeloque Ereboque parentes. 140  
 hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto  
 intonuit radiisque ardentem lucis et auro  
 ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.  
 diditur hic subito Troiana per agmina rumor  
 advenisse diem, quo debita moenia condant. 145  
 certatim instaurant epulas atque omine magno  
 crateras laeti statuunt et vina coronant.  
 Postera cum prima lustrabat lampade terras  
 orta dies, urbem et finis et litora gentis  
 diversi explorant: haec fontis stagna Numici, 150  
 hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.  
 tum satus Anchisa delectos ordine ab omni  
 centum oratores augusta ad moenia regis  
 ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,  
 donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris. 155  
 haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur  
 passibus; ipse humili designat moenia fossa  
 moliturque locum primasque in litore sedes  
 castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.  
 iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum 160  
 ardua cernebant iuvenes muroque subibant:  
 ante urbem pueri et primaevae flore iuventus  
 exercentur equis domitantque in pulvere currus  
 aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis  
 spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt, 165  
 cum praevectus equo longaevis regis ad auris  
 nuntius ingentis ignota in veste reportat

129 *exiliis* unus ex Gothanis, Ribb. 134 *et . . mensis* secl.  
 Ribb., itemque 146/7. 160 *Latini* M<sup>2</sup> *Latinum* fuisse potest in a<sup>b</sup>1

advenisse viri  
 imperat et so  
 Tectum  
 urbe fuit s  
 horrendum a  
 hic scepra ac  
 regibus omen  
 hae sacris sed  
 perpetuis soli  
 quin etiam ve  
 antiqua e zed  
 vitistor curva  
 Saturnus e  
 vestibulo adst  
 Maria qui ob  
 mullaque pra  
 captivi pende  
 et cristae cap  
 spiculaque chi  
 ipse Quirinal  
 succinctus tr  
 Iheus, equ  
 aurea percus  
 fecit avem  
 tali intus te  
 sede sedens  
 atque haec  
 'Dicite,  
 et genus, au  
 quid petitis?  
 litus ad Aus  
 sine errore v  
 qualia multa  
 fluminis intra  
 ne fugite hos  
 Saturni gent  
 sponte sua v  
 atque equide

179 s. S  
 servans Gent  
 LV. 82. tota  
 retrahi vult H

advenisse viros. ille intra tecta vocari  
imperat et solio medius consedit avito.

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis 170  
urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,  
horrendum silvis et religione parentum.

hic scepra accipere et primos attollere fasces  
regibus omen erat, hoc illis curia templum,  
hae sacris sedes epulis, hic ariete caeso 175  
perpetuis soliti patres considerare mensis.

quin etiam veterum effigies ex ordine avorum  
antiqua e cedro, Italusque paterque Sabinus  
vitisator curvam servans sub imagine falcem *f. Georg. II, 400.*  
Saturnusque senex Ianique bifrontis imago 180  
vestibulo adstabant alique ab origine reges,

Martia qui ob patriam pugnando volnera passi.  
multaque praeterea sacris in postibus arma,  
captivi pendunt currus curvaeque secures  
et cristae capitum et portarum ingentia claustra 185  
spiculaque clipeiue ereptaque rostra carinis.

ipse Quirinali lituo parvaque sedebat *f. Haerol. XI, 8. 2. Gell. VI, 8.*  
succinctus trabea laevaue ancile gerebat  
Picus, equum domitor, quem capta cupidine coniunx 190

aurea percussus virga versumque venenis  
fecit avem Circe sparsitque coloribus alas.  
tali intus templo divom patriaque Latinus  
sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit  
atque haec ingressis placido prior edidit ore:

‘Dicite, Dardanidae (neque enim nescimus et urbem 195  
et genus, auditique advertitis aequore cursum),  
quid petitis? quae causa rates aut cuius egentis  
litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?

sive errore viae seu tempestatibus acti,  
qualia multa mari nautae patiuntur in alto, 200  
fluminis intrastis ripas portuque sedetis,  
ne fugite hospitium neve ignorete Latinos  
Saturni gentem haud vinclo nec legibus aequam,  
sponte sua veterisque dei se more tenentem.  
atque equidem memini (fama est obscurior annis) 205

179 s. *Saturnusque senex curvam sub tegmine falcem vitisator servans* Gent 37. 182 *Martiaque* F<sup>2</sup>PRyb<sup>1</sup> Ribb. Lad.; def. Wagn. LV. 82. totum v. (∞ VI 660) in susp. voc. Heyne. 187/91 ad 182 retrahi vult Heyne.

Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris  
 Dardanus Idaeas Phrygiae penetrarit ad urbes  
 Threiciamque Samon, quae nunc Samothracia fertur.  
 hinc illum Corythi Tyrrhena ab sede profectum  
 aurea nunc solio stellantis regia caeli 210  
 accipit, et numerum divorum altaribus auget.

Dixerat, et dicta Ilioneus sic voce secutus:  
 'rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos  
 atra subegit hiems vestris succedere terris  
 nec sidus regione viae litusve fefellit: 215  
 consilio hanc omnes animisque volentibus urbem  
 adferimur pulsi regnis, quae maxima quondam  
 extremo veniens Sol aspiciebat Olympo.  
 ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes  
 gaudet avo, rex ipse Iovis de gente suprema: 220  
 Troius Aeneas tua nos ad limina misit.  
 quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis  
 tempestas ierit campos, quibus actus uterque  
 Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,  
 audiit et si quem tellus extrema refuso 225  
 submovet Oceano, et si quem extenta plagarum  
 quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.  
 diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti  
 dis sedem exiguam patriis litusque rogamus  
 innocuum et cunctis undamque auramque patentem. 230  
 non erimus regno indecores nec vestra feretur  
 fama levis tantique abolescet gratia facti  
 nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.  
 fata per Aeneae iuro dextramque potentem,  
 sive fide seu quis bello est expertus et armis: 235  
 multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro  
 praeferimus manibus vittas ac verba precantia)  
 et petiere sibi et voluere adiungere gentes;  
 sed nos fata deum vestras exquirere terras  
 imperiis egere suis: hinc Dardanus ortus, 240  
 huc repetit iussisque ingentibus urget Apollo  
 Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici.  
 dat tibi praeterea fortunae parva prioris

207 penetravit libri pr. R      211 numero P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup> numen .. addit  
 Jasper ZGW. 1879, 568.      addit γ<sup>1</sup>bc Lad.      220 post suprema fort.  
 dist. Kl. 1869, 8.      232 tantive Re      ante 243 lac. stat. Ribb.

munera, rel  
 hoc pater A  
 hoc Priami  
 more dare  
 Iliadumque  
 Talibus  
 obtulu tenet  
 intentos vol  
 picta movet  
 quantum in  
 et veteris F  
 hunc illum  
 portendi gen  
 auspiciis, h  
 egregiam et  
 tandem laet  
 auguriumque  
 munera nec  
 divitis uber  
 ipse modo  
 si iungi hos  
 adveniat  
 pars mihi  
 vos contra  
 est mihi n  
 non patrio  
 monstra si  
 hoc Latio  
 nomen in  
 et reor et,  
 haec effatus  
 stabant ter  
 omnibus ex  
 instratos os  
 (aurea pect  
 teci auro  
 absentia Aen  
 semine ab  
 illorum de  
 supposita d



munera, reliquias Troia ex ardente receptas:  
 hoc pater Anchises auro libabat ad aras, 215  
 hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis  
 more daret populis, sceptrumque sacerque tiasas  
 Iliadamque labor vestes.

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus  
 obtutu tenet ora soloque immobilis haeret 250  
 intentos volvens oculos. nec purpura regem  
 picta movet nec scepra movent Priameia tantum,  
 quantum in conubio natae thalamoque moratur  
 et veteris Fauni volvit sub pectore sortem:

hunc illum fatis externa ab sede profectum 255

portendi generum paribusque in regna vocari  
 auspiciis, huic progeniem virtute futuram  
 egregiam et totum quae viribus occupet orbem.  
 tandem laetus ait: 'di nostra incepta secudent  
 auguriumque suum! dabitur, Troiane, quod optas; 260  
 munera nec sperno. non vobis rege Latino  
 divitis uber agri Troiaeve opulentia derit.

ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est,  
 si iungi hospitio properat sociusque vocari,  
 adveniat voltus neve exhorrescat amicos; 265  
 pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.  
 vos contra regi mea nunc mandata referte.

est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae  
 non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo  
 monstra sinunt; generos externis adfore ab oris, 270  
 hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum  
 nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata  
 et reor et, si quid veri mens augurat, opto.'

haec effatus equos numero pater eligit omni;  
 stabant ter centum nitidi in praesepibus altis. 275

omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci  
 instratos ostro alipedes pictisque tapetis  
 (aurea pectoribus demissa monilia pendent,  
 tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum),  
 absenti Aeneae currum geminosque iugalis 280  
 semine ab aethereo, spirantis naribus ignem,  
 illorum de gente, patri quos daedala Circe  
 supposita de matre nothos furata creavit.

262 Troiaeq̄ue P<sup>2</sup>ybπ<sup>1</sup>264 sociusve FRVa<sup>2</sup>bcπ

talibus Aeneadae donis dictisque Latini  
sublimes in equis redeunt pacemque reportant. 285

Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis  
saeva Iovis coniunx aurasque invecta tenebat,  
et laetum Aenean classemque ex aethere longe  
Dardanium Siculo prospexit ab usque Pachyno.  
moliri iam tecta videt, iam fidere terrae, 290  
deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.

tum quassans caput haec effundit pectore dicta:  
'heu stirpem invisam et fatis contraria nostris  
fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,  
num capti potuere capi? num incensa cremavit 295  
Troia viros? medias acies mediosque per ignis  
invenere viam. at, credo, mea numina tandem  
fessa iacent, odiis aut exsaturata quievi.

quin etiam patria excussos infesta per undas  
ausa sequi et profugis toto me opponere ponto!  
absumptae in Teucros vires caelique marisque. 300

quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis  
profruit? optato conduntur Thybridis alveo  
securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem  
immanem Lapithum valuit, concessit in iras 305

ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae  
(quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?):  
ast ego, magna Iovis coniunx, nil linquere inausum  
quae potui infelix, quae memet in omnia verti,  
vincor ab Aenea. quod si mea numina non sunt 310  
magna satis, dubitem haud equidem implorare, quod usquam est:  
flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis  
atque immota manet fatis Lavinia coniunx;  
at trahere atque moras tantis licet addere rebus, 315  
at licet amborum populos excindere regum.

hac gener atque socer coeant mercede suorum!  
sanguine Troiano et Rutulo dotabere, virgo,  
et Bellona manet te pronuba. nec face tantum  
Cisseis praegnans ignis enixa iugalis, 320  
quin idem Veneri partus suus et Paris alter  
funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae?

288 longo M 298 aut] haud My<sup>1</sup>a<sup>1</sup>c 307 Lapithas M<sup>2</sup>  
Calydo F<sup>1</sup>c<sup>1</sup> Calydona F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>y<sup>b</sup> merentes M<sup>1</sup> merentem FM<sup>2</sup>y<sup>1</sup>bc<sup>1</sup>  
310 vincar M<sup>1</sup>

L. 350.

f. 2. XV, 41.

cf. Stat. Ach. 5.

Haec ab  
iustificam Al  
infernicam  
iraeque insi  
olit et ipse  
Tartarae mo  
tam saevae fa  
quam luno hi  
hunc mihi da  
hanc operam,  
fama loco ne  
Aeneadae poss  
tu potes unan  
atque odii ve  
funereasque i  
mille nocendi  
disce compos  
arma velit po  
Exin Go  
principio Lat  
eelsa petit ta  
quam super  
femineae ar  
huic dea ca  
conicit inqu  
quo furibun  
ille inter ve  
volvitur att  
vipeream ins  
aurum ingen  
innectitque  
ac dum prin  
pertemptat  
necum anim  
mollius et so  
multa super  
exsulisne  
o genitor, n  
nec matris  
perfidus alta

Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit; *y. Norden p. 157*  
 luctificam Allecto dirarum ab sede dearum  
 infernisque ciet tenebris, cui tristia bella 325  
 iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.  
 odit et ipse pater Pluton, odere sorores  
 Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,  
 290 tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.  
 quam luno his acuit verbis ac talia fatur: 330  
 'hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,  
 hanc operam, ne noster honos infractave cedat  
 fama loco neu conubis ambire Latinum  
 Aeneadae possint Italosve obsidere finis.  
 285 tu potes unanimos armare in proelia fratres 335  
 atque odiis versare domos, tu verbera tectis  
 funereasque inferre faces, tibi nomina mille,  
 mille nocendi artes: fecundum concute pectus, *Sen. Hero. 105*  
 300 disice compositam pacem, sere crimina belli;  
 arma velit poscatque simul rapiatque iuventus.' 340  
 Exin Gorgoneis Allecto infecta venenis  
 principio Latium et Laurentis tecta tyranni  
 celsa petit tacitumque obsedit limen Amatae,  
 305 quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis  
 femineae ardentem curaeque iraeque coquebant. 345  
 huic dea caeruleis unum de crinibus anguem  
 conicit inque sinum praecordia ad intima subdit, *i. m. Or. in IV. 1861*  
 quo furibunda domum monstro permisceat omnem.  
 ille inter vestes et levia pectora lapsus  
 310 volvitur attactu nullo fallitque furentem 350  
 vipeream inspirans animam: fit tortile collo  
 aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae  
 innectitque comas et membris lubricus errat.  
 315 ac dum prima lues udo sublapsa veneno  
 pertemptat sensus atque ossibus implicat ignem 355  
 necdum animus toto percepit pectore flammam,  
 mollius et solito matrum de more locuta est  
 multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis:  
 320 'exsilibusne datur ducenda Lavinia Teucris,  
 o genitor, nec te miseret gnataeque tuique? 360  
 nec matris miseret, quam primo aquilone relinquet  
 perfidus alta petens abducta virgine praedo?

an non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor  
 Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes?  
 quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum 365  
 et consanguineo totiens data dextera Turno?  
 si gener externa petitur de gente Latinis  
 idque sedet Faunisque premunt te iussa parentis,  
 omnem equidem sceptris terram quae libera nostris  
 dissidet externam reor et sic dicere divos. 370  
 et Turno, si prima domus repetatur origo,  
 Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae. . .<sup>2</sup>

His ubi nequiquam dictis experta Latinum  
 contra stare videt penitusque in viscera lapsum  
 serpentis furiale malum totamque pererrat, 375  
 tum vero infelix ingentibus excita monstribus  
 immensam sine more furit lymphata per urbem.  
 ceu quondam torto volitans sub verberibus turbo,  
 quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
 intenti ludo exercent (ille actus habena 380  
 curvatis fertur spatii; stupet inscia supra  
 impubesque manus mirata volubile buxum;  
 dant animos plagae): non cursu segnior illo  
 per medias urbes agitur populosque ferocis.  
 quin etiam in silvas simulato numine Bacchi 385  
 maius adorta nefas maioremque orsa furorem  
 evolat et natam frondosis montibus abdit,  
 quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,  
 'euboe Bacche' fremens, solum te virgine dignum  
 vociferans; etenim mollis tibi sumere thyrsos, 390  
 te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.  
 fama volat, furiisque accensas pectora matres  
 idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta.  
 deseruere domos, ventis dant colla comasque;  
 ast aliae tremulis ululatibus aethera complent 395  
 pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.  
 ipsa inter medias flagrantem fervida pinum  
 sustinet ac natae Turnique canit hymenaeos

363 at non libri praeter M; cf. Serv. 370 dicere] *poscere* M<sup>1</sup>y<sup>2</sup>a<sup>2</sup>  
 377 *incensam* Burm. *immensum* ex Heynii con. Ribb. *et mediam*  
 quidam PhA. 1882, 248; *immensum* . . *orbem* Jasper ZGW. 1879, 568.  
 totum v. damn. Peerlk. 383 *illa* prop. Kl. 386 'otiosus' Rbb.  
 Prol. 82. 391 *pandere?* 392 *pectora* b<sup>2</sup>c<sup>1</sup>z, def. Schröt. 1888, 3.  
*pectore* cet. libri. 396 Peerlkampum secutus ante 395 pos. Ribb.

sanguineam torp  
 clamat: 'io matre  
 si qua piis animi  
 grata, si iuris  
 servite criminali  
 talem inter silvas  
 regnam Allecto

Postquam vi  
 consiliumque  
 protinus hinc fu  
 vadis Rutuli ad  
 Acrisiois Danae  
 praecipiti delata  
 ductus avis; et m  
 sed fortuna fuit)  
 iam mediam nig  
 Allecto toram f  
 eruit, in voltus  
 et frontem obsc  
 cum vitta crinis  
 de Calybe lunos  
 et iuveni aut  
 Turne, tot in  
 tua Dardani  
 na tibi coniug  
 abnegat exterr  
 i nunc, ingrat  
 Tyrrhenas, i,  
 haec adeo tibi  
 ipsa palam fari  
 quare age et a  
 laetus in arma  
 consedere, d  
 caelestium vis n  
 ni dare coniug  
 sentiat et tand  
 Hic iuveni  
 ore refert: 'cha

412 *manes*  
 Ribb. in ed. mai  
 sed cf. X 241.

Vergilius.

365 sanguineam torquens aciem torvumque repente  
 clamat: 'io matres, audite, ubi quaeque, Latinae! 400  
 si qua piis animis manet infelicis Amatae-  
 gratia, si iuris materni cura remoret,  
 solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.  
 talem inter silvas, inter deserta ferarum  
 370 reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi. 405

Postquam visa satis primos acuisse furores  
 consiliumque omnemque domum vertisse Latini,  
 protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis  
 audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem  
 Acrisioneis Danae fundasse colonis 410  
 375 praecipiti delata Noto (locus Ardea quondam  
 dictus avis; et nunc magnum manet Ardea nomen,  
 sed fortuna fuit); tectis hic Turnus in altis  
 iam mediam nigra carpebat nocte quietem.  
 Allecto torvam faciem et furialia membra 415

380 exiit, in voltus sese transformat anilis  
 et frontem obscenam rugis arat, induit albos  
 cum vitta crinis, tum ramum innectit olivae;  
 fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos  
 et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert: 420

385 'Turne, tot incassum fusos patiere labores  
 et tua Dardaniis transcribi scepra colonis?  
 rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes  
 abnegat externusque in regnum quaeritur heres.

i nunc, ingratis offer te, inrise, periclis; 425  
 Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.  
 haec adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,  
 ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.

390 quare age et armari pubem portisque moveri  
 laetus in arma iube et Phrygios, qui flumine pulchro  
 395 consedere, duces pictasque exure carinas:  
 caelestum vis magna iubet. rex ipse Latinus,  
 ni dare coniugium et dicto parere fatetur,  
 sentiat et tandem Turnum experiatur in armis.'

Hic iuvenis vatem inridens sic orsa vicissim 435  
 ore refert: 'classis invectas Thybridis undam

412 manet] tenet M<sup>2</sup>R Serv. 416 voltus] cultus Arusian. 513, 18;  
 Ribb. in ed. mai. 427 iacerem prop. Kl. 430 arva Peerlk. Ribb.;  
 sed cf. X 242. iube M et Servii cod. Cass. I 35. para cet. libri.

non, ut rere, meas effugit nuntius auris;  
ne tantos mihi finge metus. nec regia Iuno  
immemor est nostri.

sed te victa situ verique effeta senectus,  
o mater, curis nequiquam exercet et arma  
regum inter falsa vatem formidine ludit.  
cura tibi divom effigies et templa tueri;  
bella viri pacemque gerent, quis bella gerenda.<sup>3</sup>

Talibus Allecto dictis exarsit in iras.  
at iuveni oranti subitus tremor occupat artus,  
deriguere oculi: tot Erinys sibilat hydris  
tantaque se facies aperit; tum flammea torquens  
lumina cunctantem et quaerentem dicere plura  
reppulit et geminos erexit crinibus anguis  
verberaque insonuit rabidoque haec addidit ore:  
'en ego victa situ, quam veri effeta senectus  
arma inter regum falsa formidine ludit!  
respice ad haec: adsum dirarum ab sede sororum,  
bella manu letumque gero.<sup>3</sup>

sic effata facem iuveni coniecit et atro  
lumine fumantis fixit sub pectore taedas.  
olli somnum ingens rumpit pavor, ossaque et artus  
perfudit toto proruptus corpore sudor.  
arma amens fremit, arma toro tectisque requirit;  
saevit amor ferri et scelerata insania belli,  
ira super, magno veluti cum flamma sonore  
virgea suggeritur costis undantis aëni  
exsultantque aestu latices; furit intus aquai  
fumidus atque alte spumis exuberat amnis,  
nec iam se capit unda, volat vapor ater ad auras.  
ergo iter ad regem polluta pace Latinum  
indicit primis iuvenum et iubet arma parari,  
tutari Italiam, detrudere finibus hostem;  
se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.  
haec ubi dicta dedit divosque in vota vocavit,  
certatim sese Rutuli exhortantur in arma:  
hunc decus egregium formae movet atque iuventae,  
hunc atavi reges, hunc claris dextera factis.

437 parenth. esse vult Hoffm. ZöG. 1853, 515. 444 gerant M  
et schol. Ver. 81, 12. quis . . gerenda damn. cum Heumanno Burm.  
459 perfundit libri pr. Ma<sup>1</sup>; Ribb. 464 aquae vis FRy<sup>2</sup>a<sup>1</sup>c<sup>2</sup>m<sup>2</sup>  
Maer. V 11, 23. aquae amnis comm. Serv., sed cf. Rbb. Prol. 94.

1,650.

440  
| Or. m. v. 37

p. IV, 390.

445

450

455

460

465

470

Dum Tur  
Allecto in Te  
arte nova spec  
insidius curs  
hic subitam  
obicit et noto  
ut cervum ard  
causa fuit bell  
cervus erat fo  
Tyrridae poe  
nutribant Tyrr  
argenta et lat  
alsuetum imp  
mollibus intex  
petebatque fe  
ille manum pa  
errabat silvis  
ipse domum s  
hunc procul  
commovere ca  
dellueret ripa  
ipse etiam  
Ascanius cur  
tece dextrae  
perque uter  
sancius at qu  
successitque  
atque implora  
Silvia prima  
auxilium voca  
olli (pestis en  
improvisi adu  
suptis hic gra  
rimanti, telum  
quadrifidam q  
scindebat, rap  
At saeva  
ardua tecta pe  
pastorale canit  
Tartaream int  
451 malor  
By Ribb.

Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet, 475  
 Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis.  
 arte nova speculata locum, quo litore pulcher  
 insidiis cursuque feras agitabat Iulus,  
 hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo  
 obicit et noto naris contingit odore, 480  
 ut cervum ardentem agerent; quae prima laborum  
 causa fuit belloque animos accendit agrestis.  
 cervus erat forma praestanti et cornibus ingens,  
 Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum  
 nutribant Tyrrhusque pater, cui regia parent 485  
 armenta et late custodia credita campi;  
 adsuetum imperiis soror omni Silvia cura  
 mollibus intexens ornabat cornua sertis  
 pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.  
 ille manum patiens mensaeque adsuetus erili 490  
 errabat silvis rursusque ad limina nota  
 ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.  
 hunc procul errantem rabidae venantis Iuli  
 commovere canes, fluvio cum forte secundo 495  
 deflueret ripaque aestus viridante levaret.  
 ipse etiam eximiae laudis succensus amore  
 Ascanius curvo direxit spicula cornu  
 nec dextrae erranti deus afuit actaque multo  
 perque uterum sonitu perque ilia venit arundo.  
 saucius at quadrupes nota intra tecta refugit 500  
 successitque gemens stabulis questuque cruentus  
 atque imploranti similis tectum omne replebat.  
 Silvia prima soror palmis percussa lacertos  
 auxilium vocat et duros conclamat agrestis.  
 olli (pestis enim tacitis latet aspera silvis) 505  
 improvisi adsunt, hic torre armatus obusto,  
 stipitis hic gravidi nodis; quod cuique repertum  
 rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,  
 quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis  
 scindebat, rapta spirans immane securi. 510

At saeva e speculis tempus dea nacta nocendi  
 ardua tecta petit stabuli et de culmine summo  
 pastorale canit signum cornuque recurvo  
 Tartaream intendit vocem, qua protinus omne

481 *matorum* M<sup>2</sup>π      486 *lati* FM<sup>1</sup>RV<sup>2</sup>π      497 *derexit* F<sup>1</sup>  
 Ry<sup>1</sup> Ribb.      498 *dextra* M      514 *incendit* M<sup>1</sup>R<sup>2</sup>χ Lad.

contremuit nemus et silvae insonuere profundae; 515  
 audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis  
 sulphurea Nar albus aqua fontesque Velini,  
 et trepidae matres pressere ad pectora natos.  
 tum vero ad vocem celeres, qua bucina signum  
 dira dedit, raptis concurrunt undique telis 520  
 indomiti agricolae; nec non et Troia pubes  
 Ascanio auxilium castris effundit apertis.  
 direxere acies: non iam certamine agresti  
 stipitibus duris agitur sudibusve praeustis,  
 sed ferro ancipiti decernunt atraque late 525  
 horrescit strictis seges ensibus aeraque fulgent  
 sole lacessita et lucem sub nubila iactant,  
 fluctus uti primo coepit cum albescere vento,  
 paulatim sese tollit mare et altius undas  
 erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo. 530  
 hic iuvenis primam ante aciem stridente sagitta,  
 natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo,  
 sternitur; haesit enim sub gutture volnus et udae  
vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.  
corpora multa virum circa seniorque Galaesus, 535  
 dum paci medium se offert, iustissimus unus  
 qui fuit Ausoniisque olim ditissimus arvis;  
 quinque greges illi balantum, quina redibant  
 armenta et terram centum vertebat aratris.  
 Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur, 540  
 promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum  
 imbuit et primae commisit funera pugnae,  
 deserit Hesperiam et caelo conversa per auras  
 Iunonem victrix adfatur voce superba:  
 en perfecta tibi bello discordia tristi;  
 sic in amicitiam coeant et foedera iungant!  
 quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros,  
 hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:  
 finitibus in bella feram rumoribus urbes  
 accendamque animos insani Martis amore, 550

522 *se effundit* Mähly ZöG. 1887, 418. 528 *vento*] *ponto* MR<sup>2</sup>  
 Macr. V 13, 20 ut G. III 237. 528/30 post 522 pos. Bros. 535  
 verbum aegre desid. Rbb. Pr. 82. 543 *caelo* Schap. *caeli* libri.  
*conversa* Firmianus ap. Serv. pl. *convexa* libri praeter M<sup>1</sup>; Ribb. lac.  
 in fine v. statuens. *caeli convexa peragrans* Canter. Nov. lect. VII 18.  
 546 *sic* O. Treuber KW. 1880, 132 et H. Tiedke Herm. 1886, 634. *dic*  
 libri, Lad. Ribb.

543 *conversa*

undique ut au  
 tum contra lun  
 stant belli cau  
 quae fors pr  
 italia coniung  
 egregium Ven  
 te super aether  
 hand pater ille  
 cede locis: ego  
 ipsa regam.  
 illa autem atol  
 Coeytique peti  
 est locus Italia  
 nobilis et fama  
 Ampsneti valle  
 urget utrimque  
 dat sonitum sa  
 hic specus hor  
 monstrantur r  
 pestiferas aper  
 inivsum nume  
 Nec mi  
 imponit regin  
 pastorum ex  
 almonem pu  
 implorantque  
 Turnus adest  
 terrorem inge  
 stirpem admis  
 tum, quorum  
 insultant thias  
 undique colle  
 licet infand  
 contra fata de  
 certatim regis  
 ille velut pelu  
 ni pelagi rup  
 quae sese mu  
 mole tenet; s  
 saxa fremunt  
 562 *super*  
 571 *caedis inig*



515 undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros.  
 tum contra Iuno: 'terrorum et fraudis abunde est;  
 stant belli causae, pugnatur comminus armis;  
 quae fors prima dedit, sanguis novus imbut arma.  
 talia coniugia et talis celebrent hymenaeos 555  
 520 egregium Veneris genus et rex ipse Latinus!  
 te super aetherias errare licentius auras  
 haud pater ille velit, summi regnator Olympi;  
 cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,  
 ipsa regam.' talis dederat Saturnia voces, 560  
 525 illa autem attollit stridentis anguibus alas  
 Cocytique petit sedem supera ardua linquens.  
 est locus Italiae medio sub montibus altis,  
 nobilis et fama multis memoratus in oris,  
 Ampsancti valles; densis hunc frondibus atrum 565  
 530 urget utrimque latus nemoris medioque fragosus  
 dat sonitum saxis et torto vertice torrens:  
 hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis  
 monstrantur ruptoque ingens Acheronte vorago  
 pestiferas aperit fauces, quis condita Erinys, 570  
 535 invisum numen, terras caelumque levabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello  
 imponit regina manum. ruit omnis in urbem  
 pastorum ex acie numerus caesosque reportant  
 Almonem puerum foedatque ora Galaesi 575  
 implorantque deos obtestanturque Latinum.  
 Turnus adest medioque in crimine caedis et igni  
 terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,  
 stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.  
 tum, quorum attonitae Baccho nemora avia matres 580  
 insultant thiasis (neque enim leve nomen Amatae),  
 undique collecti coeunt Martemque fatigant.  
 ilicet infandum cuncti contra omina bellum,  
 contra fata deum perverso numine poscunt.  
 certatim regis circumstant tecta Latini; 585  
 ille velut pelagi rupes immota resistit,  
 ut pelagi rupes magno veniente fragore,  
 quae sese multis circum latrantibus undis  
 mole tenet; scopuli nequiquam et spumea circum  
 saxa fremunt laterique inlisa refunditur alga. 590

562 *super* MRb<sup>1</sup> Ribb. 571 *levavit* R 575 'otiosus' Rbb. Pr. 82.  
 577 *caedis iniquae* Burm. c. *et ipse* Peerlk. 587 *damn.* Heins.

verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas  
 consilium et saevae nutu Iunonis eunt res,  
 multa deos aurasque pater testatus inanis  
 'frangimur heu fati' inquit 'ferimurque procella!  
 ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas, 595  
 o miseri. te, Turne, nefas, te triste manebit  
 supplicium votisque deos venerabere seris.  
 nam mihi parta quies, omnisque in limine portus . . .  
 funere felici spoliis.' nec plura locutus  
 saepsit se tectis rerumque reliquit habenas. 600

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes  
 Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum  
 Roma colit, cum prima movent in proelia Martem,  
 sive Getis inferre manu lacrimabile bellum  
 Hyrcanisve Arabisve parant seu tendere ad Indos 605  
 Auroramque sequi Parthosque reposcere signa.  
 sunt geminae Belli portae (sic nomine dicunt)  
 religione sacrae et saevi formidine Martis;  
 centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri  
 roborata nec custos absistit limine Ianus. 610

has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,  
 ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino  
 insignis reserat stridentia limina consul,  
 ipse vocat pugnas, sequitur tum cetera pubes  
 aereaque adsensu conspirant cornua rauco. 615  
 hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus  
 more iubebatur tristisque recludere portas:  
 abstinuit tactu pater aversusque refugit  
 foeda ministeria et caecis se condidit umbris.  
 tum regina deum caelo delapsa morantis 620  
 impulit ipsa manu portas et cardine verso  
 Belli ferratos rumpit Saturnia postis.

ardet inexcitata Ausonia atque immobilis ante;  
 pars pedes ire parat campis, pars arduus altis  
 pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt. 625  
 pars levis clipeos et spicula lucida tergent  
 arvina pingui subiguntque in cote secures; 627  
 hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementis 638

598 nam] non m<sup>2</sup>, idem con. Lad. nec Gebh. GPr. Meseritz  
 1879, 19. iam Hoffm. ZöG. 1853, 516. omnis qui prop. Kl.  
 622 rumpit FRb<sup>2</sup>π 624/5 secludi vult Kl. 623/8 damn. Güthl.  
 1886, 6. 624/7 Ribb. ante 638 colloc. et ut dittogr. secl.

ad ioga cogit eg  
 horicam induitur  
 signaque ferre  
 quinque adeo  
 tela novant, At  
 Ardea Crustumer  
 tegmina tuta cav  
 imbonum cratis  
 ant levis ocreas  
 vomeris huc et  
 cessit amor; rec  
 classica iamque  
 Pandite nu  
 qui bello acciti  
 complerint camp  
 thorerit terra a  
 et meministis e  
 al nos vix ten  
 Primus ini  
 contemptor div  
 filius huic iux  
 non fuit excep  
 Lausus, equu  
 lucit Agyllina  
 mille viros di  
 imperiis et cu  
 Post hos  
 victoresque ost  
 pulcher Aveni  
 centum anguis  
 collis Aventini  
 furivum part  
 mixta deo mi  
 Geryone existi  
 Tyrrhenoque h  
 pla manu saev  
 et tereti pugna  
 ipse pedes tegu  
 642 eredit h  
 643. manus . . . Sa  
 1875, 655. legi  
 Gebh. GPr. Meser

ad iuga cogit equos clipeumque auroque trilicem  
 loricam induitur fidoque accingitur ense; 640  
 signaque ferre iuvat sonitusque audire tubarum. 628  
 595 quinque adeo magnae positis incudibus urbes  
 tela novant, Atina potens Tiburque superbum, 630  
 Ardea Crustumerique et turrigeræ/Antemnae.  
 tegmina tuta cavant capitum flectuntque salignas  
 umbonum cratis; alii thoracas aënos  
 aut levis ocreas lento ducunt argento;  
 600 vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri 635  
 cessit amor; recoquunt patrios fornacibus enses.  
 classica iamque sonant, it bello tessera signum.

Pandite nunc Helicon, deae, cantusque movete, 641  
 605 qui bello acciti reges, quae quemque secutae  
 complerint campos acies, quibus Itala iam tum  
 floruerit terra alma viris, quibus arserit armis;  
 et meministis enim, divae, et memorare potestis, 645  
 ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.

610 Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris  
 contemptor divom Mezentius agminaque armat.  
 filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter  
 non fuit excepto Laurentis corpore Turni, 650  
 Lausus, equum domitor debellatorque ferarum,  
 615 ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos  
 mille viros dignus, patriis qui laetior esset  
 imperiis et cui pater haud Mezentius esset.

Post hos insignem palma per gramina curram 655  
 victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro  
 pulcher Aventinus clipeoque insigne patrum  
 centum anguis cinctamque gerit serpentibus hydram;  
 620 collis Aventini silva quem Rhea sacerdos  
 furtivum partu sub luminis edidit oras, 660  
 mixta deo mulier, postquam Laurentia victor  
 Geryone extincto Tirynthius attigit arva  
 Tyrrhenoque boves in flumine lavit Hiberas.  
 625 pila manu saevosque gerunt in bella dolones  
 et tereti pugnant mucrone veruque Sabello. 665  
 627 ipse pedes tegumen torquens immane leonis  
 628

642 *exciti* libri praeter M; Ribb. post 663 lac. stat. Ribb.  
 664s. *manus*.. *Sabellae* Peerlk. 666 *tergum torquens* Bentfeld ZGW.  
 1875, 655. *tegimen tergusque* Schap. *pedes torquens tegumenque*  
 Gebh. GPr. Meseritz 1879, 4.

terribili impexum saeta, cum dentibus albis  
indutus capiti — sic regia tecta subibat  
horridus Herculeoque umeros innexus amictu.

Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, 670  
fratris Tiburti dictam cognomine gentem,  
Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus,  
et primam ante aciem densa inter tela feruntur,  
ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto  
descendunt Centauri Homolen Othrymque nivalem 675  
linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens  
silva locum et magno cedunt virgulta fragore.

Nec Praenestinae fundator defuit urbis,  
Volcano genitum pecora inter agrestia regem  
inventumque focus omnis quem credit actas, 680  
Caeculus. hunc late legio comitatur agrestis:  
quique altum Praeneste viri quique arva Gabinae  
Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis  
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit,  
quos, Amasene pater. non illis omnibus arma 685  
nec clipei currusve sonant: pars maxima glandes  
liventis plumbi spargit, pars spicula gestat  
bina manu; fulvosque lupi de pelle galeros  
tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri  
instituere pedis, crudus tegit altera pero. 690

At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,  
quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,  
iam pridem resides populos desuetaque bello  
agmina in arma vocat subito ferrumque retractat.  
hi Fescenninas acies Aequosque Faliscos, 695  
hi Soractis habent arces Flaviniaque arva  
et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.  
ibant aequati numero regemque canebant,  
ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni  
cum sese e pastu referunt et longa canoros 700  
dant per colla modos; sonat amnis et Asia longe  
pulsata palus.

nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto

668 *indutum* prop. Heyne. 669 ante 667 pos. Ribb. et hic *os*  
add. post *impexum*. 681 *legio late* libri praeter M 684 *pascis*  
'nonnulli' Pier. 695 *hi] is* Lad. versu post 692 collocato. *acies]*  
*arces* Gebh. *sedes* con. Kl. *Fescenninos colles aequorque Faliscum*  
Peerlk. Ribb. post hunc v. lac. stat. 699 *nubila] flumina* P<sup>y</sup> Ribb.  
703 *examine* Hamb. II et Leid.; def. Mähly ZöG. 1887, 417.

miseri patet, ut  
urgeti roborum  
Ece Sabino  
agmen agens Clau  
Clandia nunc a qu  
per Latium, postqu  
una ingens Amiera  
Ereii manus omni  
qui Nomentum urber  
qui Tetricae barren  
Casperamque colom  
qui Tiberim Fabria  
Nursia, et Ortinae  
quisque secans ind  
quam multi Libyc  
saevis ubi Orno  
et cum sole novo  
et Hermi campo  
scuta sonant pulsa  
Hinc Agamen  
curru iungit Hal  
mille rapit pop  
Massica qui raste  
Arunci misere  
aequora, quique  
occola Voltur  
Oseorumque man  
tela, sed haec le  
laxas cetra tegit  
Nec tu carm  
Oebale, quem ge  
fertur, Telebo  
iam senior; patri  
contentus late in  
Sarrasis populo  
quique Rufas  
et quos malifera  
703/5 post  
Roma M. Rosa P  
Ribb. 716 H  
agei .. murmur  
que Bend.

misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto  
urgeri volucrum raucarum ad litora nubem. 705

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum  
agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,  
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens  
per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.  
una ingens Amiterna cohors priscique Quirites, 710  
Ereti manus omnis oliviferaeque Mutuscae;  
qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,  
qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum  
Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae;  
qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit 715  
Nursia, et Ortinae classes populique Latini  
quosque secans infaustum interluit Allia nomen —  
quam multi Libycò volvuntur marmore fluctus,  
saevus ubi Orion hibernis conditur undis,  
vel cum sole novo densae torrentur aristae 720  
aut Hermi campo aut Lyciae flaventibus arvis.  
scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus.

Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,  
curru iungit Halaeus equos Turnoque ferocis  
mille rapit populos, vertunt felicia Baccho 725  
Massica qui rastris, et quos de collibus altis  
Aurunci misere patres Sidicinaeque iuxta  
aequora, quique Cales linquunt amnisque vadosi  
accola Volturni pariterque Saticulus asper  
Oscorumque manus. teretes sunt aclydes illis 730  
tela, sed haec lento mos est aptare flagello;  
laevas cetra tegit, falcati comminus enses.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,  
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympa  
fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret, 735  
iam senior; patriis sed non et filius arvis  
contentus late iam tum dicione tenebat  
Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus  
quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celemnæ  
et quos maliferae despectant moenia Abellæ. 740

703/5 post 697 transpos. Ribb., dittogr. esse stat. Hertz. 712  
Rosa M Rosca P<sup>1</sup>b<sup>1</sup> Roscia P<sup>2</sup>γ rosida c<sup>1</sup>?χ roscida b<sup>2</sup>c<sup>2</sup> Rosia  
Ribb. 716 Hort. M<sup>2</sup>Rπ Lad. pop. Lat. addub. Ribb. 718 Li-  
byci .. murmure prop. Gebh. 721 Libyae Schrad. 728 omnis-  
que Bentl. 737 premebat Ry<sup>2</sup> Ribb. 740 Abellæ cod. Vindob. s,

os. Ribb. et hic co  
684 parca  
collocato. acia  
sequorque Fabiam  
flumina Py<sup>1</sup> Ribb.  
887, 417.

Teutonico ritu soliti torquere cateias;  
tegmina quis capitum raptus de subere cortex  
aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.

Et te montosae misere in proelia Nersae,  
Ufens, insignem fama et felicibus armis;  
horrida praecipue cui gens adsuetaque multo  
venatu nemorum, duris Aequicula glaebis.  
armati terram exercent semperque recentis  
convectare iuvat praedas et vivere raptō.

Quin et Marruvia venit de gente sacerdos  
fronde super galeam et felici comptus oliva,  
Archippi regis missu, fortissimus Umbro,  
vipereo generi et graviter spirantibus hydriis  
spargere qui somnos cantuque manuque solebat  
mulcebatque iras et morsus arte levabat.  
sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum  
evaluit neque eum iuvere in volnere cantus  
somniferi et Marsis quaesitae montibus herbae.  
tē nemus Angitiaē, vitrea te Fucinus unda,  
te liquidi flevēre lacus.

Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,  
Virbius, insignem quem mater Aricia misit  
eductum Egeriae lucis umentia circum  
litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.  
namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercae  
occiderit patriasque explerit sanguine poenas  
turbatis distractus equis, ad sidera rursus  
aetheria et superas caeli venisse sub auras  
Paeonis revocatum herbis et amore Dianae.  
tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris  
mortalem infernis ad lumina surgere vitae  
ipse repertorem medicinae talis et artis  
fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.  
at Trivia Hippolytum secretis alma recondit  
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,  
solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum  
exigeret versoque ubi nomine Virbius esset.  
unde etiam templo Triviae lucisque sacratis

comm. Serv. *Bellae libri* cet. Ribb. 750 *Marrula R*, inde *Marruvia*  
L. Müller 252. 757 *volnere* M<sup>2</sup>Pybc<sup>2</sup> Ribb. 769 *Paeoniis* libri  
pr. M<sup>1</sup> 773 *Poenigenam* libri pr. P et Probum ap. Serv.

cornipedes arce  
et juvenem mon  
filius ardentis h  
exerebat equo

Ipse inter  
vertitur arma te  
cui triplici crin  
sustinet Aetnaeo  
tam magis illa fr  
quam magis effu  
et levem clipeum  
auro insignibat,  
argumentum in  
caelataque amne  
insequitur nimb  
agmina densent  
surrucaequae m  
et Sacrae ac  
qui saltus, Tib  
filius arant Rut  
Circaeumque in  
praesidet et in  
qua Saturae v  
quaerit iter v  
Hos sup  
agmen agens  
bellatrix, non  
femineas adsu  
dura pati curs  
illa vel intacta  
gramina nec te  
vel mare per r  
ferret iter ce  
illam omnis tec  
turbaque mirat  
attonitis inbian  
vellet honos lev  
auro internectat  
et pastorem p

cornipedes arcentur equi, quod litore currum  
et iuvenem monstribus pavidi effudere marinis. 780  
filius ardentis haud setius aequore campi  
exercebat equos curruque in bella ruebat.

Ipse inter primos praestanti corpore Turnus  
vertitur arma tenens et toto vertice supra est. *arech*  
cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram 785  
sustinet Aetnaeos efflantem faucibus ignis,  
tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,  
quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.

at levem clipeum sublatis cornibus Io  
auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos, *arech*  
(argumentum ingens) et custos virginis Argus 790  
caelataque amnem fundens pater Inachus urna.

insequitur nimbus peditum clipeataque totis  
agmina densentur campis Argivaque pubes  
Auruncaeque manus, Rutuli veteresque Sicani 795  
et Sacrae acies et picti scuta Labici;

qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici  
litus arant Rutulosque exercent vomere collis  
Circaeumque iugum, quis Iuppiter Anxurus arvis  
praesidet et viridi gaudens Feronia luco; 800  
qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas  
quaerit iter valles atque in mare conditur Ufens.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla  
agmen agens equitum et florentis aere catervas,  
bellatrix, non illa colo calathisque Minervae 805  
femineas adsueta manus, sed proelia virgo  
dura pati cursuque pedum praevertere ventos.

illa vel intactae segetis per summa volaret  
gramina nec teneras cursu laeisset aristas,  
vel mare per medium fluctu suspensa tumentis  
ferret iter celeris nec tingeret aequora plantas.  
illam omnis tectis agrisque effusa iuventus  
turbaque miratur matrum et prospectat euntem  
attonitis inhians animis, ut regius ostro  
velet honos levis umeros, ut fibula crinem 815  
auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram  
et pastoraalem praefixa cuspide myrtum.

798 Rutulosque] duosque Peerlk. 811 ferret iter] ferretur  
prop. Kl. 1882, 26.